

1295 Juni 2 Mainz.

[65

188

Bischof Gerhard von Mainz nimmt den Wildgrafen Gottfried Roup zum Burgmann von Beckelnheim (Böckelheim?) an.

G., Dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, recognoscimus et tenore presencium profiteamur, quod propter fidelitatis grata merita et obsequia, que nobilis vir Godefridus Wildegravius, dictus Roup, nobis et ecclesie nostre exhibuit et exhibere poterit gratiora, ipsum in liberum castrensem super castrum nostrum Beckelnheim acquisivimus in hunc modum, quod eidem a festo nativitatis beati Johannis baptiste venturo nunc proximo infra presentis anni spatium, centum marcas denariorum Coloniensium et quinquaginta marcas eiusdem monete, tribus hallensibus pro unoquoque denario taxatis, dabimus et presentibus pro-

mittimus nos duros, et pro eo ipse Godefridus nobis quindecim marcarum annuos redditus in bonis suis propriis et hereditariis in viciniore loco iuxta predictum castrum Beckelnheim iacentibus resignabit ac eosdem redditus sibi pro castrensi feodo a nobis suscipiet et tenebit. Si vero predicto Godefrido prenominatam pecuniam hoc anno non dederimus, ut est dictum, ipsi quindecim marcarum denariorum Coloniensium annuos redditus de bonis ecclesie nostre Moguntine propinquiore loco iuxta castrum suum Kereberg iacentibus deputabimus ac eosdem sibi titulo castrensis feodi concedemus. Porro si premissa prefato Godefrido neglexerimus effectui mancipare, sibi auctoritatem et licenciam voluntariam concessimus et concedimus per presentes, quod proinde absque nostra offensa et ecclesie nostre indignacione tollere valeat pignus nostrum ac ipsum pignus super memoratum castrum nostrum Beckelnheim deducere et ibidem pro suis usibus conservare. In cuius facti testimonium ac debitam firmitatem presentes litteras ei tradimus communitas. Datum Moguntie anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> quinto, III<sup>o</sup> Nonas Junii.

Orig. Siegelrest; Kyrburg Nr. 272. — Regest bei Goerz a. a. D. IV, Nr. 2404.

2

S 188